



11<sup>a</sup>

Perillustri, et Nobilissime DOMINE,

Incredibilis me Humanitas tua invitat, ut publicum scriptum, tanquam privati affectus symbolum mittam, Sostis (quae tua etiam verba sunt) et tamen Amicus. Nimirum non minus ingenium scribentis, quam argumentum eloquii aestimabis. Purpuram vides, quae cum Regum olim fuerit, etiam in Republica et libertate Romana civiles Sonores distinxit. Sed Saec Purpura laudatissimi Principis et Cardinalis imago est: in quo, adhuc adolescente, ea virtutum maturitas est, quam cum Austriacam nomine, pleno videor elogio efferre. Sed nolo plura. Pictam FERDINANDI imaginem nonne libenter videas? quidni et scriptam? Verbis pingere, plus ingenij Sabet; coloribus, plus artis. Alterum DECORIVS noster potuit, alterum ego conatus sum. Interim tuum audebo etiam de hoc Panegyrico iudicium exspectare. Quid si per hunc Amicum meum, qui commendari à me voluit, ut coram ingenij tui miracula veneraretur: dignus affectu eorum omnium, qui elegantias colunt; tuo maxime, qui inter omnes illos excellit. CNOBBARI iam, et filiae meae causa Humanitati tuae obstrictissimum me profiteor. Gratiam, gratiam scribo: utinam referam! Vale.

Lovanij, in Arce, XI. Kal. Mart. M. DC. XXXV.

Virtutis, Doctrinae, famae tuae  
candidissimus cultor E. Puteanus.



*[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*












11 b

Nobilissimo et Perillustri Viri  
Domino CONSTANTINO HYGONIO,

Equiti,

Principi Auriaco à Consiliis et Secretis,

Hagam - Comitibus.





Hug. 37